



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ethicæ Doctrinæ Elementa, Et Enarratio Libri quinti  
Ethicorum**

**Melanchthon, Philipp**

**Witebergae, 1583**

**VD16 ZV 20638**

Quid est distributia Iusticia?

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56560](http://urn:nbn:de:hbz:466:1-56560)

## Quid est distributiva Iusticia?

Est personarum ordinatio in omni vita, publica & priuata, seruans conuenientiam personarum & officiorum: *Vt in familia est* alius locus parentum, alius fratrū, seruorum. *In Ecclesia summus gradus est officiorum, explicatio & dijudicatio doctrinæ. Secundus, admisso* statu iudiciorum de disciplina. *Tertius, administratio ceremoniarum. Infimus, procuratio redi* tum, edificationum & eleemosynarum.

Querendæ sunt igitur personæ aptæ singulis generibus, ad dijudicationem dogmatum deligen-  
tib[us] sunt recte docti, periti, qui non habent animos  
cupatos affectibus impedientibus iudicium. In  
procuratione reddituum, non requiritur tanta do-  
ctrina, sed satis est, esse diligentem & iustum econ-  
omum. Ex hac imagine sumantur exempla de  
ordinatione personarum in omni societate. Sic  
princeps potius tradet viro sapienti, eruditio, iu-  
no, eloquenti, munus cancellarij, quam hebeti,  
viro, infanti.

Hac personarum ordinatio cum maximè ne-  
cessaria sit, Plato dixit, Optimum Reipublicæ sita*in G. D. C. L.*  
rum esse, si sit constitutus Geometrica proporcio-  
ne. Hac enim ordinat personas, Quia Geome- *depi*  
trica proportio est, cum tribus aut pluribus  
luminis dispositis, non numerorum differen-  
tia

s. Ethic. cap. 3  
Def[initio] f[ormula] c[on]siderationis  
q[uod]a primus ius  
iis obiectum.  
Atonas.  
q[uod]aut te poli-  
cy aut orien-  
tia, aut eu-  
fiastica.  
inter & ad die  
conas

cia consideratur, sed seruatur æqualitas proportionum, sicut se habent 2. ad 4. sic se habent 20. ad 10. Sicut se habet ad bellum Iulius, sic se habet ad Rempub, domi regendam Augustum.

*Et quia in societate humana non solum in commutari, sed et personas ordinari necessitatibus est. Plato et Aristoteles summa cum venustate quisuerunt collationem personarum & officiorum, et ut mercis & precij æqualitas tuenda est, in personæ officijs conuenientiam, æqualitatem esse dixerunt. Et deinde æqualitatem vocant in toto ordine graduum, cum suus cuiuslibet personæ locus tribuitur.*

*Singulorum igitur vita regitur virtus iustitia: rerum communicationem gubernat Commutativa, Distributiva personas ordinat. Et est autem æqualitas, quia Deus voluit fieri consociationem, et sui et hominum, et hominum inter se. Vinculum autem consociationis est æqualitas.*

*Et quia virtutum cognitio principaliter ideo generi humano insita est, ut monstrare qualis sit Deus, sciamus Deum, cum verissime iustus sit, verissime æqualem esse, sicut perspicue dictum est: Deus vult omnes homines saluos fieri. Item, Apud Deum non est πρόσωπον, quae est, æqualibus inæqualia tribuere, aut inæqualibus æqualia. Et in Græco proverbio dicitur, ισοις βέλτιστα πόλεμορ δυνοῖς, quo significatū est aqua-*

*s. Ethic.*

*a' officijs  
huius iust.*

*de Iu.*

*ad Timoth. 2.*

*Id Rom. 4.  
Iohann. 2.*

latus conservationem conuenire naturæ homini  
num, & pacis custodem esse. Sed æqualitas, ut  
supradictum est, recte intelligatur, videlicet, ut  
æqualibus æqualia tribuantur.

Ac seruat Deus æqualitatem: Vniuersaliter  
in omnibus damnat peccatum, & rursus vniuer-  
siter recipit omnes ad Filium configuentes.  
Hos enim modos constituit, qui discrimina ostend-  
unt reiectionis & liberationis, &c. Hanc consola-  
tionem cogitare prodest, quod non est apud  
Deum προσωπόληγια, sed æqualitas iuxta mo-  
des quos ipius miranda iusticia & bonitas con-  
stituit, videlicet, ut peccatum damnet in omnibus,  
& omnes configuentes ad Filium recipiantur.

### De Visitata Definitione iusticie, sive particulanis.

Iusticia est constans & perpetua voluntas,  
suum cuique tribuens. Hanc venustam definitio-  
nem scribit Plato in 2. de Republica traditam  
esse à Simonide, eamq; antefert cæteris definitio-  
nibus, cum quidem multas recitet, sed dextrè me-  
tellecta admodum concinna est, & propria ius-  
ticia particulari, conueniens utriq; speciei com-  
mutatiæ & distributiæ.

Sed phrasim & genus sermonis intelligere in  
mores necesse est. Constans & perpetua voluntas  
<sup>explicatio</sup>  
Dicitur  
significat firmum propositum, seu in voluntate  
firmam προσίγεται, seu decretum firmum, id est,  
conse-